Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8509
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift

fecit Jesus in conspectu
Discipulorum suorum q̃
non sunt scripta in libro
hoc. Hæc autem scrip-
ta sunt, ut credatis, quia
Jesus est filius Dei. Et
ut credentes vitam habe-
atis in nomine eius.
Postea manifestauit
se iterum Jesus Disci-
pulis suis ad mare
Tiberiadis: Manifesta-
uit se sic. Erant simul
Simon Petrus, et Tho-
mas q̃ dicitur Didimus,
et Nathanaël q̃ erat
à Chanaan Galileæ, et
filij Zebedæi, et alij ex
Discipulis duo. Dicit
ei Simon Petrus: Vado
piscari, dicunt ei: Veni-
mus et nos tecum; Et
exierunt et ascenderunt
in nauem. Et illa noc-
te nihil ceperunt, mane
autem iam facto, stetit
Jesus in litore, non ta-
men cognouerunt Dis-
cipuli quia Jesus est.
Dicit ergo eis Jesus:
Pueri, numquid pul-
mentarium habetis?
Responderunt ei: non.
Dixit eis: Mittite in
dextram Nauigij rete,
et inuenietis. Miserunt
ergo retia, et non vale-
bant illam trahe-
re à multitudine pisci-
um:

Dicit ergo Discipulus